

ADMODVM REVEREN  
DO ET NOBILISSIMO DN. WOLFG  
gango ab Heussenstam: Cathedralis Ecclesiæ Mo  
guntinæ Canonico: & Nobilis Capituli Di-  
vi Albani ibidem Decano dignissimo:  
Patrono suo gratioso.

**N** On omnis veluti nobis fert omnia tellus;  
Sed quavis proprio munere terra viget:  
Sic homines etiam non omnia possumus omni  
Sed quivis propriis dotibus auctus ovat.  
Huic, Superum nutu, Fortuna arridet amica:  
Corporis hic, Animi possidet alter opes.  
Rarus homo in terris, cui præstent omnia Divi;  
Quem cumulent unum pleraq;, rarus homo.  
Qualis es, Aonidum decus, HEUSSENTAME, serorum  
Quem mentis, sortis, corporis, ornat honos.  
Qui, licet antiquo Proavum sis stemmate cretus,  
Mente tamen superas nobiliore genus.  
Inte certat enim virtus Heroica, lingue  
Gratia, & Ingenij, Judicijq; lepos.  
Hunc felix cælo Maguntia tollit honorem,  
Quæq; angusta tuos Austria jactat avos.  
Tempus exit, nomenq; tuum, laudesq; canendi,  
Condo quod, historie, mi modo surgat opus.  
Interea lato presentes suscipe vultu,  
Quas tibi, ne pereant, offero reliquias.

Hieronymus Megiferus, P. Co. Cæsa-  
rius, & Sereniss. Austriæ Archiducis  
Historiographus.

VIT